

## De satisfactione.

rebus patris sine eius licentia et mandato nisi supponat quod placeat patri. sicut super dixi de uxore. Et intelligo hoc nisi talis filius habeat peculium castrense vel quasi castrense. De tali enim peculio potest facere elemosinam preter etiam inuito. Peculium castrense est quod adquisiuit ex militia. Peculium quasi castrense est quod adquisiuit ex scientia vel artificio honesto. Intelligo etiam nisi videat pauperes in extrema necessitate constitutum. De filio etiam eunte ad peregrinationem vel exiitum te in studio intellige ut super dixi de monacho. Et multo minus seruus vel ancilla potest facere elemosinam de rebus domini. nisi forte fuit eis commissa ministratio bonorum. quia tunc possunt in moderate si sciatur quod domino non displiceat.

**T**ercium consideratum circa elemosinam. scilicet cui debet dari elemosina.

Elemosina non debet dari nisi indigentibus. et hoc sonat nomen elemosine. Unde elemosina ut dicit Eberhardus dicitur ab elois quod est misere: et moyses quod est aqua quasi miserorum. id est indigentium aqua. Horum autem qui petunt elemosinam quidam petunt quasi ex debito sic religiosi medicantes qui predicant verbum dei. et celebrant quotidie per benefactoribus suis. Et isti dum ostendunt eos habere illud officium sunt omnibus aliis preferendi. Et isti dicunt petere quasi ex debito. quia non solum dant eis temporalia imo etiam spiritualia accipiunt ab eis. Unde in persona talium dicit apostolus. Si spiritualia vobis seminamus non est mirum si temporalia vestra metamus. Alii petunt tamen pro vite sue sustentatione. sic isti pauperes qui medicant. Et in isto casu autem homo potest dare omnibus aut non. Si potest omnibus dare tunc debet omnibus dare absque ulla distinctione. Et ad hoc inducunt exempla Abrahæ et Lothi. qui quoniam omnes indifferenter recipiebant hospitio: angelos etiam in hospitio susceperunt. Si enim aliquis repulissent. forsitan inter illos angelos repulissent. Et in hoc casu ait Iohannes Chrysostomus. Quiescamus ab absurda. id est nephanda ac dyabolica curiositate. scilicet discernendi inter pauperes et pauperes. Non enim ex vita eorum qui accipiunt vel quibus das mercedem tibi tribuet deus. sed ex voluntate et honorificentia multa et misericordia et bonitate. xl. di. quiescamus. Item Bre. xi. q. iii. qm. i. si. dicitur. quod ex communicato etiam danda est elemosina. Et intelligo tam de etiam dicitur quod de liberali propterea notorio. quod intelligendum est nisi ebrietas sibi negligenter iusticia: et fieret deteriores. quia in tali